1517 m. Julio

140

Sigismundus Primus Rex Poloniæ
Maximiliano Cæsari —

Serenissime Princeps et Domine
Misimus ad maiestatem vestram Cæsare-
-am Magnificum Stanislaum de Ostrorog
Castellanum Calisiensem consiliarium no-
-strum sincere nobis dilectum, et Vene-
-rabilem Ioannem de Bonari Prothono-
-tarium Apostolicum, et Archidiaconum
Cracoviensem Secretarium nostrum fidelem
dilectum. Quibus commisimus nunnulla
apud Eandem maiestatem Vestram Cæsaream
agere et conferre, cum Illa nostro Nomi-
-ne. Quorum effectum et conclusionem
pro nostra in maiestatem Vestram observan-
-tia, Ejus auctoritati deferimus. Quare
rogamus Eandem maiestatem Vestram, ut
Ipsis Oratoribus nostris, fidem omnem
adhibere, et eos, quod res ita exigit, cele-
-rius absolvere dignetur. factura rem
suam erga nos benevolentia et amore
dignam, et nobis æque multum gratam

atque necessariam

atque necessariam — Commendamus nos
ex animo, Eidem Matⁱ vestræ Cæsareæ
Quam ad multos annos sanam, sospi=
=tem, et victoriosam esse cupimus —
Datt: Vilnæ —

*Ill*